

Indledning til Infantia Salvatoris

Kanoniske skrifter

I den kristne kirke skelnes mellem kanoniske og apokryfe skrifter. Skrifterne i Det Ny Testamente kaldes kanoniske. Når de kaldes kanoniske, betyder det, at de danner en rettesnor - det er betydningen af det græske ord *kanon* - for troen.

Det Ny Testamente består af 4 evangelier, som tilskrives evangelisterne Matthæus, Markus, Lukas og Johannes; derpå følger Apostlenes Gerninger, Paulus' breve og enkelte andre breve samt Johannes' Åbenbaring, også kaldet Apokalypsen. Der er således tale om 4 forskellige genrer i Det Ny Testamente.

Alle skrifterne i Det Ny Testamente er skrevet på græsk i tidsrummet mellem 50 og 100 e. Kr.

Apokryfe skrifter

Ved siden af de kanoniske skrifter findes en stor mængde apokryfe skrifter. Det græske ord apokryf betyder skjult, og det kan forstås som noget hemmeligt og værdifuldt eller som noget, der bør gemmes af vejen, fordi det ikke er værd at beskæftige sig med.

Alle 4 ovennævnte genrer, evangelium, brev, gerning og apokalypse findes repræsenteret blandt de apokryfe skrifter. De er blevet nedskrevet i de århundreder, der fulgte efter nedskrivningen af de kanoniske skrifter, og der er apokryfe skrifter på flere forskellige sprog foruden græsk, f.eks. syrisk, koptisk og latin.

Infantia Salvatoris

Oftest supplerer et apokryft skrift et tidligere kanonisk skrift. Det gælder skriftet *Infantia Salvatoris*, som udbygger vor viden om Jesu barndom. Skrifter går endda et skridt videre og begynder med en detaljeret fortælling om jomfru Marias forældre Joachim og Anna og Marias egen mirakuløse barndom.

Kernen i skriftet går tilbage til en græsk tekst fra omkring 200 e. Kr. Siden er skriftet udvidet med flere beretninger, og den udvidede græske tekst kaldes *Evangelium Iacobi*, efter den Jakob, som omtales som broder til Jesus. Dette græske skrift må have fundet sin form omkring år 400.

Evangelium Iacobi danner grundlag for et senere latinsk evangelium med samme fokus på først Marias og derpå Jesu barndom. Dette latinske barndomsevangelium, som må være blevet til senest omkring 700, kaldes i dag ofte *Evangelium Pseudo-Matthaei*.

I skriftets indledning siges det, at dette evangelium er skrevet af denne samme Matthæus, som er forfatter til et af de kanoniske evangelier, blot skulle det apokryfe skrift være skrevet på hebræisk. Men at der skulle have været et sådant ekstra evangelium af Matthæus er dog ganske usandsynligt, hvorfor skriftet ofte omtales under den lidt flatterende titel *Evangelium Pseudo-Matthaei*, dvs. Det Uægte Matthæusevangelium.

Denne titel er dog af nyere dato, medens håndskrifterne har forskellige titler, ofte en todelt som f.eks. *Liber de ortu beatae Mariae et infantia Salvatoris* (*Bogen om den salige Marias oprindelse og Frelserens barndom*), der viser skriftets dobbelte indhold, Marias og Jesu barndom.

Her er af praktiske grunde valgt en kort titel *Infantia Salvatoris* (*Frelserens barndom*).

Skriftets betydning

Infantia Salvatoris blev et af middelalderens mest yndede skrifter. Det supplerer og kombinerer de beretninger om Jesu barndom, som dels kendes fra det kanoniske Mattæusevangelium og dels Lukasevangeliet. Det er hos Matthæus, vi læser om De Hellige Tre Konger, barnemordet i Jerusalem og flugten til Ægypten, medens det er Lukas, der beretter om ærkeenglen Gabriels besøg hos Maria og Marias efterfølgende besøg hos den gravide Elisabet, der bærer på Johannes Døberen. Denne episode forbigås dog af *Infantia Salvatoris*.

Det er også Lukas, der ene af alle 4 evangelister beretter om selve fødslen i stalden ved Bethlehem og om fremstillingen i templet 40 dage efter fødslen, den dag, vi kalder kyndelmisse.

Infantia Salvatoris samler beretningerne til en helhed, der begynder med Marias forældre, der i lighed med Elisabet og Zakarias ikke kunne få børn, men som i høj alder ved guddommelig indgriben får den lille Maria. Derpå følger Marias barndom, trolovelsen med Josef, Jesu fødsel, De Hellige Tre Konger, flugten til Ægypten samt en række overnaturlige beretninger om Jesu barndom.

I netop dette skrift har middelalderens og renæssancens kunstnere - malere som billedhuggere - fundet inspiration til en række malerier og skulpturer, som ikke omtales i de kanoniske skrifter. Det gælder scenen med Joachims og Annas møde i Den Gyldne Port, Marias optagelse som treårig i templet, den mirakuløse trolovelse med Josef, Jesu fødsel, der ikke foregår i en stald, men i en grotte, samt beretningen om de to jordemødre Zelomi og Salome, der kunne bevidne, at Maria er jomfru til evig tid, noget af et sandt mirakel.

Fra kapitel 13 følger *Infantia Salvatoris* den beretning, der kendes fra kapitel 2 i Lukasevangeliet, men dog i en noget andet form. Det er dette kapitel og de to følgende kapitler, som gengives nedenfor.

Udgave

Den latinske tekst nedenfor følger i store træk *Evangelia Apocrypha ... collegit atque recensuit Constantinus de Tischendorf*, 2. vermehrten Auflage Leipzig 1876.

Caput XIII

Factum est autem post aliquantum tempus, ut fieret professio ex edicto Caesaris Augusti, ut profiteretur unusquisque in patria sua. Haec professio facta est a praeside Syriae Cyrino.

5 Necesse autem fuerat, ut Ioseph cum Maria proficisceretur in Bethleem, quia exinde erat, et Maria de tribu Iuda et de domo ac patria David. Cum ergo Ioseph et Maria irent per viam, quae ducit Bethleem, dixit Maria ad Ioseph: "Duos populos video ante me, unum flentem et alium gaudentem."

Cui respondit Ioseph: "Sede et tene te in iumento tuo et noli superflua verba loqui!"

10 Tunc apparuit puer speciosus ante eos, indutus veste splendida, et dixit Ioseph: "Quare dixisti verba esse superflua de duobus populis, de quibus locuta est Maria? Populum enim Iudaeorum flentem vidit, quia recessit a Deo suo, et populum gentium gaudentem, quia accessit et prope factus est ad Dominum, secundum quod promisit patribus nostris Abraham, Isaac et Iacob. Tempus

- 15 enim advenit, ut in semine Abrahae benedictio omnibus gentibus tribuatur.
Et cum haec dixisset, iussit angelus stare iumentum, quia tempus adve-
nerat pariendi. Et praecepit descendere de animali Mariam et ingredi spelun-
cam subterraneum, in qua lux non fuit umquam, sed semper tenebrae, quia
lumen diei penitus non habebat.
- 20 Ad ingressum vero Mariae coepit tota spelunca splendorem habere, et qua-
si sol ibi esset, ita tota fulgorem lucis ostendere. Et quasi esset ibi hora diei
sexta, ita speluncam lux divina illustravit. Nec in die nec in nocte lux ibi divi-
na defuit, quam diu ibi Maria fuit.
- Et ibi peperit masculum, quem circumdederunt angeli nascentem, et natum
25 adoraverunt dicentes: “Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae
voluntatis.”
- Iam enim dudum Ioseph perrexerat ad quaerendas obstetrices. Qui cum
reversus esset ad speluncam, Maria iam infantem genuerat. Et dixit Ioseph ad
Mariam: “Ego tibi Zelomi et Salomen obstetrices adduxi, quae foris ante spe-
30 luncam stant et prae splendore nimio huc introire non audent. Audiens autem
haec Maria subrisit. Cui Ioseph dixit: “Noli subridere, sed cauta esto, ne forte
indigeas medicina.” Tunc iussit unam ex eis intrare ad se.
- Cumque ingressa esset Zelomi, ad Mariam dixit: “Dimitte me, ut tngam
te.” Cum permisisset se Maria tangi, exclamavit voce magna obstetrix et dixit:
35 “Domine, Domine magne, miserere. Numquam hoc auditum est nec in suspi-
cione habitum, ut mamillae plenae sint lacte, et natus masculus matrem suam
virginem ostendat. Nulla pollutio sanguinis facta est in nascente, nullus dolor
in parturiente. Virgo concepit, virgo peperit, virgo permansit.”
- Audiens hanc vocem alia obstetrix nomine Salome dixit: “Quod ego audio,
40 non credo, nisi forte ipsa probavero.” Et ingressa Salome ad Mariam dixit:
“Permitte me, ut palbem te et probem, utrum verum dixerit Zelomi.” Cumque
permisisset et tangeret, statim aruit manus eius, et prae dolore coepit flere ve-
hementissime et angustari et clamando dicere: “Domine, tu nosti, quia semper
45 te timui, et omnes pauperes sine retributione acceptionis curavi, de vidua et
orphano nihil accepi, et inopem vacuum a me ire numquam dimisi. Et ecce
misera facta sum propter incredulitatem meam, quia ausa fui temptare virgi-
nem tuam.”
- Cumque haec diceret, apparuit iuxta illam iuvenis quidam valde splendi-
dus dicens ei: “Accede ad infantem et adora eum et continge de manu tua, et
50 ipse salvabit te, quia ipse est salvator saeculi et omnium sperantium in se.”
Quae confestim ad infantem accessit, et adorans eum tetigit fimbrias pan-
norum, in quibus infans erat involutus, et statim sanata est manus eius. Et exi-
ens foras clamare coepit et dicere magnalia virtutum, quae viderat, et quae
passa fuerat, et quemadmodum curata fuerat, ita ut ad praedicationem eius
55 multi crederent.
- Nam et pastores ovium asserebant se angelos vidisse in medio noctis hym-
num dicentes, Deum caeli laudantes et benedicentes, et dicentes, quia natus est
salvator omnium, qui est Christus Dominus, in quo restituetur salus Israel.
- Sed et stella ingens a vespere usque ad matutinum splendebat super spe-
60 luncam, cuius magnitudo numquam visa fuerat ab origine mundi. Et propheta-

e, qui fuerant in Ierusalem, dicebant hanc stellam indicare nativitatem Christi, qui restauraret promissionem non solum Israel, sed et omnium gentium.

Caput XIV

Tertia autem die nativitatis Domini egressa est Maria de spelunca et ingressa est stabulum et posuit puerum in praesaepio, et bos et asinus adoraverunt eum. Tunc adimpletum est, quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem: “Cognovit bos possessorem suum et asinus praesaepe Domini sui.” Ipsa autem animalia in medio eum habentes incessanter adorabant eum. Tunc adimpletum est, quod dictum est per Abacuc prophetam dicentem: “In medio duorum animalium innotesceris.”

In eodem autem loco moratus est Ioseph et Maria cum infante tribus diebus.

Caput XV

Sexta autem die ingressi sunt Bethleem, ubi impleverunt septimam diem. Octavo vero die circumcidentes puerum, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo, antequam in utero conciperetur. Postquam autem impleti sunt dies purgationis Mariae secundum legem Moysi, tunc duxit Ioseph infantem ad templum Domini. Cumque accepisset infans perithomen, obtulerunt pro eo par turturum et duos pullos columbarum.

Erat autem in templo vir Dei perfectus et iustus, nomine Symeon, annorum centum duodecim. Hic responsum a Domino acceperat, quia non gustaret mortem, nisi videret Christum, Dei filium, in carne. Qui cum vidisset infantem, exclamavit voce magna dicens. “Visitavit Deus plebem suam, et implevit Dominus promissionem suam.” Et festinans adoravit infantem. Et post haec suscipiens eum in pallio suo adoravit eum iterum et osculabatur plantas eius et dixit: “Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad revelationem gentium et gloriam plebis tuae Israel.”

Erat autem in templo Domini Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Asser, quae vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua. Et haec vidua erat iam per annos octoginta quattuor. Quae numquam discessit a templo Domini ieiuniis et orationibus vacans. Haec accedens adorabat infantem dicens, quoniam in isto est redemptio saeculi.